

poss. causa rei seru. in 6. Ill. in conf. 9. num. 2. vol. 2. Gargiar. patroc. 100. n. 14. Caulcanus decis. 1. num. 15. p. 1. Beccius conf. 17. num. 3. Beroi. conf. 85. vol. 1. Neulfa. conf. 4. in fi. Gratian. disceptatio. 118. num. 44. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. cap. 4. limit. 2. num. 50. & 76. Capicius decis. 33. num. 3. Flami. Cartar. decis. 2. num. 9. & 14. Antoni. Gabriel tit. de iudicijs, conclus. 1. num. 1. Anguis. conf. 251. n. 4. Marius Giurba decis. 100. n. 16.

172 Ac insuper si via ordinaria actor capit agere, viam illam relinquere non potest agendo executiue, ex glossa in l. proinde. §. notandum. ff. ad legem Aquili. Gutierrez. lib. 3. practi. q. 39. Sigismundus Escacia de iudicijs lib. 1. c. 62. num. 33. & de appellatio. q. 17. lim. 9. n. 45. Gratian. disceptatio. 118. a. n. 43. cum seqq. Azueud. in l. 1. n. 144. tit. 2. lib. 4. recopil. Doctor Felicia. de censibus lib. 3. c. 2. num. 9. Burgos de Paz conf. 39. num. 24. Molina de primogen. in additionibus ad finem operis positus ad c. 13. n. 31. lib. 3. Giurba. decis. 100. n. 53. & decis. 74. n. 11.

173 nisi cum viam ordinariam intentauerit, pro- tectetur creditor, quod vi executiue pre- iudicare nolit, Giurba, Molina, Paz, Azueud. & alij citati probant.

174 Et an exceptio rei iudicatae obtentae con- tra receptores reddituum, dictos, recandado- res debeat, quibus principaliter res non in- terest, obstat domino cuius sunt redditus, vide post Plotum conf. 21. & Mandelum de Alba. conf. 249. n. 15. & 17. vol. 2. Baptistam Costa. de factis scientia & ignoran. inspectioe 50. num. 6. qui negatiue resoluit.

175 Et insuper, exceptiones eadem obstant cessionario, quae obstant cedenti Hieronym. Gabriel conf. 20. n. 7. tomo 1. quod & idem dicimus de intruso lite pendente, qui eadem habet exceptiones, quae etiam principali nomi- nato in sententia conceduntur a iure con- tra executionem, quando scilicet sententiam non impugnant. Hieronymus Gabriel post alios conf. 52. n. 13. tomo 1.

CAPVT VIII.

An, & quibus casibus ab executore ex- cedente, dum exequitur personas in executorialibus minime nomi- natas, nec virtualiter comprehensas, appellationi interpositae non defe- rens, vim faciat. & quales ij sint casus, specificè monstrantur.

S V M M A R I V M.

Excedit executor exequendo personas non nomi- natas in executorialibus, nec virtualiter aut

visibiliter expressas. num. 1. & 4.

Ab executore excedente de persona ad personam, appellationi ut legitima deferendum decernit sensus, aditus per viam recursus. n. 2.

Sententia cum sit stricti iuris, non extenditur de persona expressa ad non expressam. n. 3.

Excessus de persona ad personam nullitas est. n. 4.

Excessus adest in executore, seu quolibet alio de- legato, ergo licita est appellatio, valet argu- mentatio. n. 5.

Ab excessu de persona ad personam appellationi ut legitima & suspensioe deferendum est. n. 6.

Excessus de persona ad personam est causa legiti- ma appellandi ab executore. n. 7.

Tertius comparens coram executore doceat, & al- legans se non comprehendi in executorialibus, si non admittatur ab eo, licite appellat. n. 8.

Tertius executorialibus non comprehensus earum executionem impedit & appellat. n. 9.

Executor ad vltiorem executionem procedens, non obstante tertij legitima oppositioe excedit, & licite appellatur. n. 10.

Ab executore reuicente legitimas exceptiones, licet appellare. n. 11.

In tertij oppositioe duo concurrunt, exceptio legiti- ma reiecta, & executio contra non nomi- natum, quae praebent causam appellandi. n. 12.

Ab executore citante non citandum, nec com- prehensum in commissione, licita est appella- tio. n. 13.

Tertij comparentis appellatio impedit execu- tionem sententiae contra alium lata. n. 14.

Tertius legitime comparens impedit executionem etiam trium conformium. n. 15.

Tertius non citatus nolens processui comparere, & se opponere, potest executionem impedire, ne contra illum fiat. n. 16.

Tertij oppositores multis de causis possunt com- parere ad executorialium executionem impe- diendam. n. 17.

Res iudicata non praedicit non citatum ad actum, quo ladi potest. n. 18.

Res iudicata inter alios lata, alijs non praedicit. num. 19.

Non citatus non est iudicio subiectus, nec tan- quam pars, nec tanquam adhaerens, & ita non videtur ratificare causam. n. 20.

Vigor pronuntiationis nascitur ex iudicio, quo quis est inclusus. n. 21.

Gesta ad suos Authores restringuntur. n. 22.

Sententia lata contra vnum non praedicit alijs ius habentibus pro portionibus ex eadem cau- sa. n. 23.

Et multo fortius si illi non habeant ius ex eadem causa. n. 24.

Res iudicata ut obstat, debet adesse identitas, causa, rei, & persona. n. 25.

Sententia lata specialiter contra vnum ex socijs non praedicit. n. 26.

Sententia

Sententia lata contra vnum alteri non praedicitur quando uterque praesentis ius aequè princi- pale. n. 27.

Sententia super nobilitate lata contra fratrem non nocet alteri fratri litiganti super nobili- tate, nec e contra. n. 28. & seqq.

Sententia quando facit ius quoad alios, non nocet habenti aequè ius principale. num. 29.

Frater declaratus plebeius non nocet alteri fra- tri, etiam super nobilitate litiganti. n. 30.

Sententia lata contra praesentem valet, contra absentes autem nec legitime citatos nulla est. num. 31.

Sententia non nocet tertio possessori rei, ad cuius restitutionem alius est condemnatus, & de possessione docens, impedit executionem. n. 32.

Quod procedit sine ius executionum proueniat ab actione reali & hypothecaria, siue ab actione personali. n. 33.

Tertius non citatus ratione sua possessionis etiam trium conformium impedit executionem. nu- mer. 34.

Tertius solius possessionis ratione impedit execu- tionem sententiae alteri adiudicatae. n. 35.

Secus si non possideat, quia tunc nec impedit execu- tionem, nec dicitur legitimus oppositor. n. 36.

& tertio sufficit possessionem dumtaxat probare ad impediendam executionem sententiae. ibidem.

Obligatio quarentigia rem tradere mittitur execu- tioni, & statim mittitur in possessionem do- natarius obligato possidente etiam non citato. num. 37. & de effectibus clausula iustificatiue in possessionis traditione apposite. ibidem remi- sistur.

A tertio possidente non nominato in instrumen- to, possessio non auocatur absque cause cog- nitione. n. 38.

Tertium possessorem a iudice spoliatum potest su- perior summatum de possessione cognosceus etiam non citato aduersario restituere. n. 39.

Facta de facto, de facto rescindi ius est. n. 40.

Tertius non citatus potest impedire sententiam de immitendo heredem in possessionem, ex l. fi. de edicto diui Adri. & eius executionem impedire. n. 41.

Executio locum non habet aduersus non nomi- natum in sententia, licet lis cum eo sit acta. num. 42.

In sententia non nominatus intelligitur omissus, & ideo non condemnatus. n. 43.

Sententia contra non nominatum nec actiue nec passiue locum habet. n. 44.

Non nominatus in sententia potest ab eius execu- tione appellare, licet expresse nominati non possint. n. 45.

Prohibitio appellationis in commissione non se ex- tendit ad tertios non nominatos in ea. n. 46.

Sententia est stricti iuris & tantum disponit

quantum loquitur. num. 47.

Sententia ultra non extenditur quam impor- tet verborum sonus. n. 48.

Nec ex ea plus probatur quam ex ea necessario inferitur. n. 49.

Nec aliud continere dicitur quam quod ex ea necessario inferitur. num. 50.

Condemnatio requirit scripturam per sententiam, & in ea non expressa non veniunt. n. 51.

Lite mota contra plures pro portione sententia lata contra vnum non nocet alijs non nomina- tis qui intelliguntur omissi. n. 52.

Sententia lata super vna re ex pluribus petitis caterarum non inferitur absolutio nec condem- natio, sed omissio. n. 53.

Omissum intelligitur quidquid in condemnatione non sit expressum. n. 54.

Exceptio iudicio opposita, de qua est actum, non tamen eius sit mentio in sententia, quando censetur omissa. n. 55.

Quatuor proponuntur conclusiones ad quas tertij oppositoris iura reducuntur, quibus cognoscitur quando possit impedire executionem vel non. n. 56. & seqq.

Tertius impedit executionem pro quantitate fa- ctam in alia re quam debitor est condemnatus, quando docet de suo interesse ex possessione. num. 60.

Possessio a tertio non est auocanda nisi super dicta possessione sit legitime conuictus. n. 61.

Etiam si iste tertius de nuda possessione opponat, etiam non allegans iustitiam esse, quia prae- sumitur. n. 62.

Tertius impugnans executionem rei qua pro quantitate debita sit executio, opponens de solo dominio incontinenti probando, admit- tendus est. n. 63.

Tertio opponenti de suo dominio rei super qua sit executio pro quantitate, an incumbat onus probandi, & quid quando de possessione tantum, vel de dominio & possessione simul. num. 64.

Executioni pro quantitate factae in re qua ter- tius dicit potius ius habere, puta, anterius ius pignoris, an sit admittendus ad illam impe- diendam. n. 65.

Creditor qui obtinuit sententiam pro suo debito, emitabit suspensionem suae executionis, si offerat cautionem in forma depositi alijs credito- ribus executioni oppositis anterioritatem pra- tendentibus. n. 66.

Condemnato ad rei restitutionem quam possidet, danda est cautio, si tertius de dominio oppo- nat, qua praestita non suspenditur executio. num. 67.

Cautio tunc tertio oppositori de dominio rei pra- stando est, si ante rem iudicatam lis pendebat super ea contra condemnatum, secus si post rem iudicatam. n. 68.

L. is à quo, ff. de rei vindicatio. interpretatur. num. 69.
 Cautio praestanda possessori condemnato per vincentem, nec alter qui ante rem iudicatam possesorem conveniat pro eadem re, & de ratione. num. 70.
 Agenti ad eandem rem super qua possessor alteri condemnatus est restituere, non praestatur cautio, quia illius non interest ab uno vel ab alio possessore vindicare. n. 71.
 Sententia pro una lata semper intelligitur exceptus tertius & sine eius prauidicio. n. 72.
 Appellationi à tertio non possidente & oppositore deferre non tenetur executor, quominus ad ulteriora procedat. n. 73.
 Agenti contra possessorem ad rem que alteri iam est per sententiam adiudicata, allegante possessionem transferri in ducorem adversarium, an sit cautio praestanda. n. 74.
 Tertius non possidens opponens se executioni facta in alia re quam sit in iudicium deducta, quantum distet à tertio oppositore, & non possessore rei super qualis vertitur. n. 75.
 Possessio rei si sit vacans, tertius comparens pro suo iure de quo docet, impedit executionem. num. 76.
 Tertius comparens executioni rei vacantis ante illius omissionem, & docens de suo interesse si non audiatur ab executore, poterit licite appellare. n. 77.
 Tertij comparentis interest ne repleatur vacans possessio, quia facilius consequi potest rem vacantem, quam ab alio occupatam. n. 78.
 Interpretatur & ponderatur l. fi. C. de edicto Diui Adri. tollen. n. 79.
 Tertius si sciat litem pendere super re vacante, non potest impedire executionem. n. 80.
 Executio sententiae super aliqua re restituenda impeditur à tertio docti incontinenti de sua possessione, quousque in contradictorio vincatur. n. 81.
 Quod extendit. n. 82. & 83.
 Res à possessore non citato auocanda non est, nisi legitima causa cognitione precedente etiam remedio aliquo possessorio. n. 84.
 Possessio si auocaretur à tertio non citato, sed absente, non fieret executio contra condemnatum, sed contra non condemnatum. n. 85.
 Res inter alios iudicata alijs non potest prauidicio generare. n. 86.
 Possessio sola sufficit ad implendam executionem rei dum de ea docetur incontinenti cum sola articuli in sti allegatione. n. 87.
 Tertius non possidens non impedit rei executionem. n. 88.
 Ab executione incipere dicitur si contra tertium non victum iudicio petitorio aut possessorio executor exequatur. n. 89.
 Executionem ex l. fi. C. de edicto Diui Adria. im-

pedit tertius docens de sua possessione, quousque iudicio ordinario vincatur. n. 90.
 Executoriales obtinens curet intentare remedium possessorum contra tertium oppositorem, & quando prima lata sententia auocetur possessio, postquam suas executoriales exequi. n. 91. & 96.
 Ius habens ad possessionem rei per executoriales alteri restituta, potest contra hanc eo remedio agere. n. 92.
 Possessio tertij oppositoris comparentis patitur controuersiam. n. 93.
 Tertius violenta seu fraudulenta possessionis causa quando possit rei executionem impedire. num. 94.
 Tertius si lite pendente violenter adeptus est, vel cum fraude de qua docetur, non impedit executionem eius. n. 95.
 Tertius oppositor possidens iniuste quoad alios, in se tamen quoad condemnatum, est legitimus contradictor. n. 97.
 Possessione auocata à tertio oppositore possessorio remedio, cuius prima sententia exequitur, si executoriales priores in ea exequuntur, an sit tertio praestanda cautio. n. 98.
 Tertius ut executionem impediatur, debet incontinenti de iure suo docere, aliàs eius appellationi non deferretur. n. 99.
 Tertius ratione possessionis civilis duntaxat (naturalis ab alio occupata) an sit legitimus contradictor executionis eiusdem rei. numer. 100.
 Tertius aliàs spoliatus nulliter per executorem aliquem cum civilem possessionem animo retineat, potest esse legitimus contradictor ad impediendam executionem in eadem re. numer. 101.
 Tertius à possessione beneficij nulliter per iudicem eiecius, potest executionem breuis Cameralis ab alio obtenti impedire, cui datur manutentio. n. 102.
 Possessio nulliter per executorem aut iudicem ab uno oblata, & alteri tradita, nec isti acquiruntur, nec ab illo confertur civilis. numer. 103.
 Fructus non lucratur is cui iudex aut executor non seruat iuris ordine possessionem tradidit, sed vero possessori tenetur restituere. num. 104.
 Autoritas iudicis inordinatè procedentis non excusat à fructibus. n. 105.
 Ex actu nullo amittitur & acquiruntur possessio. n. 106.
 L. i. §. si vir uxori. ff. de acquir. poss. cum concordantibus interpretatur. n. 106.
 Iudex cum non possideat per actum nullum, non transfert possessionem, licet habeat animum transferendi. n. 107.
 Executor cum non possideat, non potest tradere possessio

possessionem vigore executorialium per aspectum, nec cui tradiderit acquiruntur. n. 108.
 Iudicis factum dicitur factum partis & quando. n. 109.
 Factum iudicis rite & rectè procedentis dicitur factum partis. n. 110.
 Tertius docens seuerum possessorem, condemnatum autem habere suo nomine nudam detentionem tantum, impedit rei executionem. n. 111.
 Domino rei condemnato poterit fieri executio executorialium contra depositarium commodatarium, & similem eius nomine detinentem. n. 112.
 Possessio ministerio legis fidei translata absque naturali apprehensione in aliquem concurrentem cum detentatore, impedit executionem rei, & dicitur legitimus contradictor. n. 113.
 Possessor virtute clausulae constituti an impediatur rei executionem, & sit legitimus contradictor. num. 114.
 Res cum reperitur penes condemnatum, alius non impedit executionem, nec illi praestatur cautio. num. 115.
 Possessio per clausulam constituti vera est civilis & naturalis, licet modus acquirendus sit factus à iure. n. 116.
 Possidenti ministerio legis absque facto corporeo competunt remedia possessoria omnia. n. 117.
 Possessor per clausulam constituti legitimus est contradictor ad impediendam executionem rei, cuius iudicio non fuit citatus. num. 118. & 121.
 Clausula constituti si iuris effectus non habet, possessor non impedit executionem rei. n. 119.
 Clausula constituti quando non transferat possessionem, remittitur. n. 120.
 Defectus tituli tertij oppositoris respicit iudicium plenarium non executium. n. 122.
 Possessor per clausulam constituti impedit executionem sententiae latae in remedio l. fi. C. de edicto diui Adri. n. 123.
 Remedium l. fi. C. de edicto diui Adri. est executium. n. 124.
 Executor exequendo rem ab alio possessam per clausulam constituti illo reiecto, excedit de persona ad personam. n. 125.
 Obtinens executoriales pro re locata an teneatur stare locationi facta per condemnatum. n. 126.
 Quid in simplici colono vel in colono partiaro, qui feminauerunt, an pro illo anno sint legitimi contradictores. ibid.
 Successor beneficij an teneatur stare locationi sui praedecessoris pro illo anno iam seminato. numero 127.
 Executoriales obtinens pro re non tenetur stare locationi facta per condemnatum capta iam lite super re. n. 128.
 Executoriales obtinens Dominus, qui & eius colonus fuerant spoliati, an domino mortuo possit Salgado de protect. Reg. Tom. II.

fit colonus suo iure earum petere executionem. num. 129.
 Et quid si colonus sit nominatus in sententia, cum eo tamen nulla acta facta fuere, nec etiam citatus, nec constituit procuratorem. ibidem, remittitur.
 Dominus directus an sit legitimus contradictor sententiae latae contra emphyteutam vel eius vasallum. n. 130.
 Sententia lata super dominio utili, aut eo quod ius utile tangit duntaxat, nihil detrahit, aut officit Domino directo, nec eius iuri. n. 131.
 Vsufructuarius, emphyteuta, & alij ius habentes in re petita, non possunt conueniri Dominum laudare, sed coguntur defendere sui iuris respectu. n. 132.
 Emphyteuta, vsufructuarius, & similes, possident naturaliter, quia subire tenentur iudicium, si agatur super iure ad illos spectante. n. 133.
 Lite mota contra emphyteutam de iure spectante iuri domini, in illum laudatum & comparentem iudicium transfertur. n. 134.
 Executionem iudicij possessorij pendit inter vasallos, directus Dominus non impedit, maxime praestata sibi cautione. n. 135.
 Cautio hoc casu quare praestari iubetur. n. 136.
 Executioni sententiae latae super seruitute domus emphyteutica an dominus directus possit comparens impedire, & quando secus. n. 137.
 Missio in possessionem utilis dominij duntaxat fit ob contumaciam emphyteute. n. 138.
 Seruitus potest constitui in re emphyteutica resolucenda, tamen resolutio iure emphyteutis. num. 139.
 Sententia lata super possessione emphyteutica rei & respectu suae possessionis naturalis, non nocet Domino directo etiam scienti. n. 140.
 Sententia lata contra naturaliter possidentem non nocet possidenti civiliter. n. 141.
 Sententia lata contra naturaliter possidentes super dominio rei cuius probationem & defensionem assumunt, non nocet domino ignoranti causam agitari. n. 142.
 Sententia contra vsufructuarium non nocet proprietario ignoranti. n. 143. & n. seq.
 Sententia lata contra emphyteutam, & vsufructuarium super proprietate rei, an noceat domino directo scienti. n. 145.
 Clericus possessor rei non citatus potest se opponere, & impedire executionem super ea factam per executorem laicum, & eius iurisdictionem declinare. 146. 148. & 149.
 Executionem sententiae contra colonum seu inquilinum clerici latae, potest ipse clericus impedire cuius nomine possidetur. n. 147.
 Clericus ubi sustinet actoris vices, non potest executoris exequentis iudicium declinare. numero 150.
 Oppositor si sit clericus, & altera pars petens sententia

sentia executionem similiter, remittenda est executio ecclesiastica. n. 151.
 Appellationi à legitimo oppositore executionis non admisso per executorem, ut licita deferre mandabit Senatus. n. 152.
 Ab executore admittente non legitimum oppositorem, & nemine offerente sui iuris probationem incontinenti, appellationi emissa non deferens vim facit. n. 153.
 Articulus an tertius habeat legitimum interesse ad impediendam executionem, est praiudicialis ante admissionem examinandus. n. 154.
 A prepositione ordinis iudicialis est licita appellatio, ubi aliàs regulariter est prohibita. n. 155.
 Ab executore admittente minus legitimas exceptiones & non admittendas appellatur. n. 156.
 Tertius contradictor non admittitur appellans nisi de legitima exceptione doceat expresse. n. 157.
 A sententia inter alios lata, non appellatur sine legitima causa, quæ est fundamentum ut admittatur. n. 158.
 Executoriales expeditæ contra confraternitatem aut locum pium, super re aut debito ipsius loci pji, an excedat executorem illas dirigens in administratore. n. 159.
 Sententia lata contra minorem non exequitur contra curatorem vel tutorem. n. 160.
 Sententia lata contra tutorem vel curatorem non mandat executioni contra tutorem, sed contra minorem. n. 161.
 Iudicati actio denegatur contra tutorem aut curatorem. n. 162.
 Decuriones civitatis cuius intuitu contraxere, & eius bona obligaverunt, non patiuntur executionem in propriis bonis. num. 163.
 Bona civitatis quando possint decuriones obligare, & qualia & quando ipsi teneantur. n. 164. remissive.
 Administratores si sint contumaces exhibere rem loci pji, quod sit faciendæ sententiæ executio, potest executor compellere. n. 165.
 Curatores si iam bona minoris non habeant, quia finitum est officium, possunt hac exceptione evitare compulsionem executionis. n. 166.
 Cogi possunt decuriones civitatis per capturam, ut exhibeant bona civitatis ad faciendam executionem. n. 167.
 Tertius rei litigiosæ possessor non est legitimus contradictor, sed in cum potest sententia inter alios lata directò exequi. n. 168.
 Sententia inter alios lata officit rem obtinenti lite pendente, sine sciat sine ignoret. n. 169.
 Litigiosa res non potest per alienationem mutare statum & ordinem iudicij, nec potest litis cursus impediri. n. 170.
 Contra occupantem rem lite pendente quando non possit fieri executio, remissive. num. 171. & an conuentus iure proprio possit rem alie-

nare ex alio nouiter acquisito puta hereditatis. ibid.
 Lite pendente inter creditorem & debitorem, si iste rem in solutum dederit alteri tertio creditori, sententia inter illos lata in hunc an possit exequi contra tertium creditorem pro auocandare. num. 172.
 Res petita actione personali, puta ex vendito, donato, & similibus, alienata, lite pendente efficitur litigiosa, & in emptorem scientem dirigitur executoriales. n. 173.
 Debitor competens actione personali pro qualitate debita, & lite pendente alienans rem, an sententia possit dirigi directò in emptorem. n. 174.
 Rei alienatione facta in fraudem paratæ executionis pro quantitate pecunia, sit executio in tertium emptorem. n. 175.
 Quia iste singularis successus non dicitur alius, sed isdem cum eo qui alienauit. n. 176.
 Couarr. & Parlador. capiuntur. n. 177.
 Executio ut locum habeat contra tertium emptorem in quem res alienata est pendente lite inter creditorem & debitorem; pro quantitate, necesse est ut alienatio fiat sententia & re iudicata, & sic in fraudem paratæ iam executionis. n. 78.
 Executio non potest dici parata ante rem iudicatam & causam cognitionem. n. 179.
 Possessor beneficij accusatus de crimine eius inferente priuationem ipso iure, potest renuntiare illud etiam si sit lata sententia priuationis à qua tamen appellauit. n. 180.
 Possessor beneficij condemnatus ob delictum ad priuationem per tres conformes, resignare non potest tanquam in fraudem paratæ executionis. n. 181.
 Executio vigore instrumenti guarentigati pro quantitate, an & quando directò fiat contra tertium, in quem debitor alienauit rem. n. 182.
 Executor sententia contra beneficij possessorem late an excedat exequendo tertium illius beneficij possessionem occupantem lite pendente. n. 183.
 Litigij vitium in beneficiis contrahitur. n. 184.
 Resignatio beneficij facta lite pendente afficitur vitio litigij. n. 185.
 In successorem singularem habentem causam à litigante, locum habet executio etiam sine nouo iudicio. 186. & 187.
 Singularis successor dicitur habere causam à condemnato, non solum si titulum habeat immediate, sed etiam mediate per longam successionem. n. 188.
 Executor non excedit exequendo executoriales contra condemnatum ad dimittendum beneficium, sed nec contra intrusum in illud lite pendente. n. 189.
 Executoriales obtente contra superstitem colligantem, exequuntur contra intrusum lite pendente. n. 190.

Intrusi

Intrusi in beneficium litigiosum coguntur literis intimatis parere, siue habeat titulum, siue non. n. 191.
 Executione facta in tertium intrusum sine nouo processu non potest agere de spolio. n. 192.
 Executoriales capiunt intrusos & intrudendos lite pendente. n. 193.
 Executoriales expeditæ contra capitulum afficiunt tertium etiam non citatum, cui lite pendente capitulum tradiderat possessionem prebende. n. 194.
 Beneficij capta possessio lite pendente pluribus intrusis est prohibita habentibus decretum irritans. n. 195.
 Intrusi titulus & possessio est infecta inanis nec restituibilis, quia caret iuris fomento. n. 196.
 Intrusus lite pendente non admittitur ad appellandum ab intimatione executorialium inter alios expeditarum, & quare. n. 197.
 Possessio non transferitur per alienationem rei lite pendente, nec etiam per precarium in ea appositum. n. 198.
 Executoriales possunt exequi in tertium possessorem rei, quam alteri Dominus hypothecauit, cum pacto de non alienando. n. 199.
 Pactum de non alienando potest poni in annui census constitutione, quod solum respicit senectutem creditoris. n. 200.
 Tertius possessor vigore simulati contractus non impedit executionem sententiæ, quæ inter alios lata illum directò afficit. n. 201.
 Nullitas quæ inficit possessionem cuius virtute quis non vult impedire executionem, attenditur ne suspendatur. n. 202.
 Nullitas respiciens titulum, & insitiam principalis oppositoris, respicit petitorem cui referuatur. n. 203.
 Possessio transferitur ex actu nullo. n. 204.
 Executio an locum habeat aduersus tertium in quem res emphyteutica est alienata in scio Domino. n. 205.
 Exceptiones attingentes proprietatem non admittuntur in iudicio possessorio. n. 206.
 Exceptiones proprietatis tendentes ad destrucendam possessionem admittuntur in iudicio possessorio. n. 207.
 Exceptiones excludentes qualitatem requisitam à iure ad obtinendum in iudicio possessorio, admittuntur omnes. 208.
 Quæstio intrinseca de tituli inualiditate non admittitur in adipiscendæ possessio, tam in profanis quam beneficiis. n. 209.
 Executionem non impedit tertius ratione nullæ possessionis tradite per iudicem inordinatè procedentem. n. 210.
 Confessio validat defectus ordinis iudicialis processus. n. 211.
 Processus non sanatur per confessionem, quando nullitas inficit non solum processum, sed canonem Salgado de protect. Reg. Tom. II.

dem confessionem. num. 212.
 Nullitas quæ inficit titulum & possessionem, obstat tertio se opponenti executioni ratione sua possessionis. n. 213. & seqq.
 Tertij oppositoris nullitas tituli quando non opponenda, & quando sic. ibid.
 Executoriales expeditæ contra emphyteutam pro canonis solutione an exequantur contra tertium cui rem alienauit. n. 215.
 Canon est onus reale quod comitatur rem, & sequitur possessionem. n. 216.
 Emphyteuticæ rei tertius possessor directò conueniri potest pro canonis prelatione. n. 217.
 Via executina non agitur aduersus tertium possessorem rei emphyteuticæ, sed via ordinaria ratione hypothecariæ actionis. n. 218.
 Hypothecaria ex instrumento guarentigio executiuè experitur contra omnes heredes & successores vniuersales, sed non contra particulares. n. 219.
 Nisi tertius faceret census, & canonis recognitionem in forma publica. n. 220.
 Res emphyteutica alienata lite pendente, aut presentato instrumento guarentigato in iudicio contra emphyteutam, executio dirigitur in tertium. n. 221.
 Executio quando inter alios non citatos locum habet sine noua cause cognitione, tamen noua citatio eorum omnino pro executione requiritur. n. 222.
 Citatio noua requiritur in quolibet iudicio, quod detur persone mutatio. n. 223.
 Executio quando in tertios non citatos locum habet, adhibetur summatim & incontinenti cognitio super illa qualitate, quæ causam præstat executioni in illos. n. 224.
 Executio ut in tertium locum habeat, non sufficit ut nunc rem possideat, sed quod illam sit adeptus lite pendente, & affectam vitio litigij, verificandum est. n. 225.
 Ad verificandam qualitatem qua fundatur executio contra tertium, citatio necessaria est. numero 226.
 Executor an excedat exequi sequestrarium, aut depositarium, in quos res lite pendente deposita fuit. n. 227.
 Executor an excedat exequendo fideiussorem de iudicio sibi in causa principali. num. 228. remissive.
 Executionem contra principalem an possit impedire fideiussor iudicatum solui. num. 229. remissive.
 Soluens alicui de mandato iudicis an sit legitimus contradictor executionis. num. 230. remissive.
 Executoriales expeditæ contra uxorem pro debito ante matrimonium contracto, an dirigantur in virum super bonis postea in dotem datis. n. 231.

Executoriales expedite contra procuratorem in rem suam, si soluendo non sit, an dirigantur in bonis principalis non citati. n. 232.
 Sententia lata contra emptorem, an possit exequi in bonis venditoris assistentis descensioni litis. num. 233.
 Sententia lata contra filiumfamilias efficaciter obligatum, an exequatur in bonis aduentitiis quorum ususfructus patri pertinet. n. 234.
 Filiusfamilias potest efficaciter ex contractu & quasi, seu ex iudicio, praterquam ex mutuo, obligari. n. 235.
 Sententia lata contra filiumfamilias exequitur in eius bonis castrensibus seu quasi, vel in aduentitiis, in quibus pater non habet ususfructum. n. 236.
 Et quid in bonis profectitiis quorum ius acquiritur patri. n. 237. remissive.
 Sententia lata contra filiumfamilias non potest exequi etiam in sola proprietate rei, cuius ususfructus pertinet patri. n. 238.
 Filiusfamilias nullatenus potest alienare proprietatem rei in qua pater habet ususfructum. num. 239.
 Alienatione prohibita censetur prohibitus omnis actus per quem peruenitur ad eam. n. 240.
 Filiusfamilias si non habeat bona, potest pro debito incarcerari. n. 241.
 Proprietas bonorum in quibus pater habet ususfructum, an possit confiscari pro delicto filiifamilias. n. 242. remissive.
 Sententia lata in fauorem Actoris super interdicto retinenda prodest eius heredibus ut in possessione defendantur. n. 243.
 Res indicata coheret rei, & Authoris accessione vitatur successor. n. 244.
 Executoriales expedite contra defunctum in interdicto retinenda, an possint exequi contra eius heredes. n. 245.
 Executorialium litarum in Saluiano interdicto quando possit impediri executio. n. 246. remissive.
 Executoriales expedite contra debitorem, an exequi possint absque excessu in eius condemnati debitorem non citatum. num. 247. late discutitur.
 Debitor debitoris condemnati ut exequi possit, an & quando prius est conueniendus, & condemnatus coram suo iudice ordinario. n. 248. & n. seq.
 Petri Suradi opinio reprobat, tenentis sufficere probare debitum per instrumentum authenticum, ut executio locum habeat contra debitorem debitoris condemnati. n. 250.
 Debitum ut capi possit pro executione facta in eius creditorem, debet prius summatim constare executorem illud ius habere. n. 251.
 Creditor cui actio suo debitori competens datur in solutum, quemadmodum potest illam in

iudicium deducere. num. 252. & 254.
 Baldi mirabilia verba recensentur. n. 253.
 Executio aduersus debitorem potest directo fieri aduersus eius debitorem pensionis indistincte. num. 255.
 Executio in pecunia debitoris condemnati que fit apud argentarium seu depositarium, directo fit. n. 256.
 Regula assignantur quibus cognoscitur quando executoriales inter alios expedite possunt exequi inter alios non citatos, ut excessus detegatur vel non. n. 257.
 Sententia lata contra administratores prelatos, seu tutores, executionem an possint impedire ratione iuris sui specialis. n. 258.
 Executoriales & acta aduersus prelatos & administratores ut possint nocere Ecclesiis, & prabendis, debet in libello inseri nomen administrationis legitime. n. 259.
 Pater est legitimus filij administrator in aduentitiis, tam in agendo quam defendendo. num. 260.
 Qualitatem legitimi administratoris tenetur pater in libello inserere. n. 261.
 Et verba libelli referenda sunt ad personam filij. num. 262.
 Qualitate administratoris legitimi ommissa, in dubio censetur causam tractare nomine proprio, non alieno. n. 263.
 Actum gerens si adiungat qualitatem, puta, filius, maritus, Rector, Episcopus, tutor, pater, &c. intelligitur illam facere nomine alieno, non proprio. n. 264.
 Prelatus agens vel defendens in iudicio rem Ecclesie tenetur proponere nomine Ecclesie, non suo. n. 265.
 Et idem in ceteris procuratoribus Ecclesie. numer. 266.
 Sententia & acta gesta per tutorem nomine pupilli, non nocet iuri competenti ipsi pupillo, quod in iudicium non deduxit. numer. 267.
 Procuratorem quo iure constituerim inspicitur, quod si ut Rector, ille non potest tractare negotia mei patrimonij. n. 268.
 Procuratorem constituendo simpliciter videtur constituere eo modo quo potest. n. 269.
 Maritus qui ut legitimus uxoris administrator potuit comparere, si ut procurator agit absque mandato, corruunt acta, nec sustinentur illa via qua potuit agere. n. 270.
 Quod procedit etiam in coniuncta persona. n. 271.
 Maritus potest pro uxore agere sine mandato, & cautione de rato in bonis paraphernalibus, in ceteris cum cautione, in dotalibus liberè. numer. 272.
 Maritus censetur habere mandatum ad administranda bona paraphernalia. n. 273. & de alio simili casu. ibidem.

Condem

Condemnatus respectu officij potest executionem impedire iure proprii ratione. n. 274.
 Rei indicata exceptio non intrat ubi non adest identitas rei, causa & personarum. n. 275.
 Administrator condemnatus nomine officij, si non est iustus possessor, licet pendente potest respectu sui persone executionem impedire, quia comparat tunc ut alius extraneus. numero 276.
 In separabilibus potest quis representare duplicem personam, & considerari tanquam alius & tanquam ipse. n. 277.
 Qualitas attendi debet sub qua actus & dispositio geritur. n. 278.
 Sententia condemnatoria licet sit lata contra aliquem tanquam administratorem alterius, si probat incontinenti de possessione sua, iure proprio admittendus est. n. 279.
 Tutor vel administrator pupilli rem vendens, potest iure proprio ut consanguineus rem retrahere. n. 280.
 Executoriales expedite contra defunctum in interdicto retinenda, an exequi possint contra heredes si possident iure proprio. n. 281.
 Sententia lata contra agentem tanquam ex alia persona, illi non praeiudicat in iudicio, quod venit ex noua persona. n. 282.
 Sententia lata contra comparentem uti administratorem, nocet illi, etiam si dixit comparere nomine suo proprio. n. 283.
 Sententia lata contra administratorem ratione & contemplatione officij, illi etiam ut primo nocet, si licet pendente falsus est possidere nomine administrationis. n. 284.
 Libellus quo pater agit absque qualitate expressa legitimi administratoris, sustinetur si ex litis discursu appareat quo iure sit actum. n. 285.
 Maxime ubi proceditur attentata veritate & sublati formulis. n. 286.
 Administrator licet non exprimat actum facere nomine administratorio, tamen si exprimat causam tangentem administrationem, videtur nomine alieno facere. n. 287.
 A causa expressione presumitur actus geri eius contemplatione cui causa pertinet. n. 288.
 Contemplatione alterius videtur fieri actus, cum dicitur, ego vendo rem Titij, vel nuntio, ne edifices in domo Titij. n. 289.
 Tutor contrahens super re spectante ad pupillum, presumitur nomine pupilli. n. 290.
 Sententia que simpliciter loquitur de nomine proprio patris, si tamen ex actis appareat egi se uti legitimus administrator, non iure proprio intelligenda est, sed administratorio nomine. n. 291.
 Sententia dubitans declaratur ex actis & processu. n. 292.
 Sententia dubitans recipit declarationem a libello. n. 293.
 Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Sententia intelligitur lata ex qualitate in libello deducta, etiam si in sententia non exprimitur. n. 294.
 Procurator qui a sententia gessit causam procuratorio nomine, si faciat aliquem actum simpliciter, intelligitur & in illo qualitas repetita. num. 295.
 Contractus plura continens capitula, si in aliquo fiat mentio officij, & in aliis simpliciter loquatur, intelligitur qualitas repetita que informat omnem obligationem. n. 296.
 Contractus vna pars ab alia potest declarari. num. 297.
 Qualitas administrationis si a principio non exprimitur, colligitur ex discursu causa. n. 298.
 Coniecturis potest constare quem agere vel contrahere nomine administrationis. n. 299.
 Libellus generalis licet non admittatur, potest tamen ex discursu constare qua actione sit expetum. n. 300.
 Sententia cui nocet, nocent etiam omnia acta iudicij. n. 301.
 Sententia lata contra praedecessorem quando praedicitur successoribus, nocent etiam acta, & instantia cepta in eodem statu transit. n. 302.
 Nec est necesse ut lis sit contestata cum praedecessore, sed sufficit sola citatio, & etiam libelli oblatio, ut successor subire teneatur eandem instantiam. n. 303.
 Vxor an possit exigere dotem promissam viro eo mortuo ex eiusdem actis inchoatis cum viro, & etiam intentare viam executionis. n. 304.
 Sententia lata contra virum in rebus dotalibus, nocet uxori etiam soluto matrimonio. num. 305.
 Nisi adsit collusio vel minus legitima defensio. num. 306.
 Vxor an possit soluto matrimonio petere executionem pro redditibus emptis a viro constante matrimonio absque cessione heredum. numero 307.
 Cepta instantia cum possessore beneficij mortuo, transit in successorem in eodem statu. n. 308.
 Instantia inchoata sub nomine dignitatis, transit ad successorem in dignitate actiue & passiuè. n. 309.
 Sententia lata contra illos quos negotium principaliter tangit, & primum locum defensionis habentes, praedicitur ius habentibus in consequentiam & accessorie, siue scientibus, siue ignorantibus. n. 310.
 Lis agitur cum legitimo contradicte, si tractatur cum eo, qui primum locum obtinet defensionis a quo ceterorum ius derivatur secundario. n. 311.
 Quod procedit in sententia lata contra possessorem maioratus, feudi, fideicommissi, & nobilitatis, ut lata contra primum vocatum ceteris successoribus nocet. n. 312.

883

161

Vbi delictum est commissum ab uno, & pena in
fici alium, in consequentia sententia lata super
delicto contra principalem nocet alteri. n. 313.
Sententia lata contra principalem alienantem
post commissum delictum inferentem prohibi-
tionem, ipso iure nocet possessori bonorum. n. 314.
Sententia lata contra Prelatum seu rectorem be-
neficij praeiudicat successoribus. n. 315.
Sententia lata contra administratorem Ecclesia-
sticum vel temporalem, prodest & nocet suc-
cessori in administratione, quamvis ab illo
causam non habeat. n. 316.
Obtinens executoriales non cogitur nouum subire
iudicium contra nouum successorem. n. 317.
Singulis controuersis vnum iudicatum finem suffi-
cere. ibidem.
Prelatus Ecclesie tenetur ex contractu prede-
cessorio nomine Ecclesie factio. n. 318.
Cuiuslibet successoris in vniuersali regimine &
administratione, nocet sententia lata contra
predecessorem, vt Episcopo, aconomo, fisco, &
alijs. n. 319.
Sententia semper praeiudicat ei, qui verè vel ye-
presentatione est eadem persona. n. 320. & 326.
Sententia lata contra Prelatum intrusum an
praeiudicat Ecclesie. n. 321.
Sententia lata pro vel contra aliquos alicuius ar-
tis vel officij, prodest & nocet successoribus &
postea venientibus. n. 322.
Sententia contra mercatores aut datarios ga-
bella seu pedagij nocet successoribus etiam non
citatis, quia dicitur actio popularis. n. 323.
Sententia contra plures sub nomine collectiuo, puta
familia, agnatio, praeiudicat omnibus. n. 324.
Sententia super vna ciuitate vel vico, contra
alium super apponendis limitibus, exequitur
contra vicinos postea natos in vico condem-
nato. n. 325.
Sententia lata contra ciues alicuius loci praeiudi-
cat sequentibus etiam non heredibus. n. 326.
Exceptio rei iudicatae nocet eadem, vbi est res
vel persona verè vel interpretatiue. ibi.
Si is cui primus locus defensionis competit, pa-
satur vt alius cui negotium secundario tan-
git, agat, sententia lata illi praeiudicat etiam
non citato. n. 327.
Plura redduntur exempla. n. 328.
Sententia lata contra possessorem beneficij ex eo
quod conferens iure carnerit, an praeiudicat
conferenti, vt sciatur litem agi quid quoad
possessionem, quid quoad proprietatem. n. 329.
Sententia lata contra presentatum aut electum
an praeiudicat Patronis, aut electoribus. n. 330.
Sententia contra presentatum aut electum ex
defectu iuris presentandi aut eligendi an no-
ceat Patrono aut electori. n. 331.
Sententia contra Patronos electores aut collato-
rem ex defectu iuris eorum an praeiudicat pre-
sentato aut electo, &c. n. 332.

Sententia contra creditorem super proprietate
rei pignoratæ, nocet Domino debitori scienti
litem agi & quare. n. 333.
Sententia lata contra fisco, nocet habenti ius ab
illo derivatum. ibidem.
Sententia contra eos qui primum locum obtinent
in rei defensione, tunc successoribus nocet, & ei
qui ius habet secundario quod illi fideliter li-
tem tractauerunt. n. 334.
Quando in dubio praesumitur respectu proprii in-
teresse. ibidem.
Sententia contra eum qui primum defensionis
locum habet obtenta, illo colludente, negligente,
aut contumace, non praeiudicat successoribus.
n. 335.
Collusio haec probabitur eo ipso quod primus ma-
ioratus possessor, puta victus non curauit de-
ducere iura sua. n. 336.
Collusio haec etiam probatur eo ipso quod victus
omisit appellare, vel deseruit appellationem.
n. 337.
Sententia lata per actum dependens à volun-
tate administratoris, vt puta per renuntia-
tionem eius, non praeiudicat successoribus.
n. 338.
Sententia lata ex consensu litigantium & eo-
rum conuentione non praeiudicat successoribus.
n. 339.
Sententia lata cum procuratore mortuo iam
Domino maioratus possessore, an praeiudicat
successoribus. n. 340. remissiuè.
Sententia lata contra possessorem maioratus à
iudice qui reuera iudex non erat, an praeiudi-
cet successoribus. n. 341. remissiuè.
Et quid quando fuit lata à iudice recusato posse-
sore maioratus à recusatione desistente. ibi-
dem remissiuè.
Sententia lata per iuramentum delatum posse-
sori maioratus non praeiudicat successoribus. nu-
mer. 342.
Etiam si iuramentum sit litis decisum. n. 343.
Probatio qua per iuramentum fit, non dicitur le-
gitima. n. 344.
Sententia lata per confessionem legitimi admini-
stratoris, non praeiudicat Ecclesie prebende,
aut successoribus. n. 345.
Possessor maioratus qui fatetur se iniuste à vassal-
lis iura quaedam percipisse, & iubet suos suc-
cessores amplius non percipere, an obligent suc-
cessores non heredes. n. 346. remissiuè.
Sententia si ex sola confessione possessoris maiora-
tus lata est, non nocet successoribus, secus si alie
concurrant verisimiles probationes. n. 347.
Sententia lata ex confessione litigantis super no-
bilitate, non praeiudicat filijs & successoribus.
n. 348.
Executor non excedit dirigens executoriales in
eos, quibus tacite & ex propria vi & natura
sententiae nocent. n. 349.

Sententia

Sententia lata in indiuiduis, alijs etiam non vo-
catis nocet. n. 350.
Sententia lata pro condominis, confederarijs,
coheredibus, aut fideicommissarijs, prodest
& nocet condominis. & c. n. 351.
Sententia lata super seruitute constituta, prodest
& nocet consortibus, secus super constituenda.
n. 352.
Pluribus habentibus ius in solidum si ex his vnus
agat, sententia contra eum lata consumit ius
ceterorum. n. 353.
Exemplum redditur in popularibus actionibus.
n. 354.
Oppositio defectu ad infringendam electionem,
lata sententia pro electo, alterius pracluditur
via vltimè opponendi. n. 355.
Et idem est in publicis iudicijs. n. 356.
Sententia aduersus vnum ex duobus reis creden-
di, nocet alteri, qui ex eadem causa ius habet.
n. 357.
Vno ex correis agendo per litis contestationem,
sibi praecipit ius actionis. n. 358.
Vno ex duobus collegarijs aut fideicommissarijs
re conuictis agente in iudicio, iure praecupa-
tionis alium excludit, ita vt sententia lata
ei non agenti praeiudicet. n. 359.
Tertius vt executionem impediat, debet docere
de sua possessione vera, & fraudulenta, nec do-
losa, quia ista non impedit executionem. n. 360.
Possessio dolosa & in fraudem tertij non transfer-
tur, etiam si Dominus à re exeat. n. 361.
Tertio si alius non praeiudicet sententia, si tamen
ad iudicium citetur, etiam non comparenti,
sententia nocet. n. 362.
Oppositiones per tertium executioni sententiae,
seu in instrumentis guarentigari parificantur
à iure. n. 363.
Tertius si succumbat, poterit suam exceptionem
deducere in via ordinaria, & quando secus.
n. 364. & seqq.

Requenter contingit, vt executores,
inter exequendum executoriales sibi
commissas, tertios, qui nec expressè, nec
tacite, principaliter, nec incidenter, visibili-
ter, aut virtualiter, in executorialibus, &
sententijs comprehenduntur, nec etiam no-
minantur, afficere conentur, notissimos iu-
ris, & commissionis suae terminos exceden-
tes, quare ita oppressi curant, coram illis
comparere de suo iure, interesse, praeserua-
tisque legitimis exceptionibus opponentes,
repositionem petere, oblata prius probatio-
ne incontinenti. quos, quamque execu-
tores reiciunt, & ad vltiorem actualem execu-
tionem procedunt proterui, à quibus
propterea appellationi interiectae, & inter-
positae, imò vim vi addentes, abnegant in-
super delationem, pro qua, & repositione

obtinenda, oppressi ad charitativum hoc
violentiæ auxilium (necessitate impellente)
confugiunt, vbi per supremos Senatores,
actis, & processu visis, informatos de mani-
festa vi, adesse, reponendam iustissimè que
declaran. Enimuerò ab hoc tertio, cui
executoriales non obfunt, interposita ap-
pellatio, & iusta, & legitima est, vtumque
effectum operans, tanquam ab excessu in-
teriecta, cum clarè hoc casu excedat execu-
tor, text. est in c. p. & G. de off. delega. ibi, cum
huiusmodi delegata iurisdictione ad alias per-
sonas nequeat prorogari, & c.) text. in c. cum
olim ab eodem tit. ibi, nequaquam ad dictos
iudices cognitio pertinebat, cum in referri-
pro nulla de illis mentio haberetur, nec
ad ipsos potuerit iurisdictione prorogari, cum
procurator ad illa solummodo intelligitur
constitutus, quae in commissionis liti-
ris inueniuntur expressa.) & de iure Re-
gio facit text. in l. 20. tit. 4. p. 3. ibi, mas de-
cimos, que postal carta como esta non puede
iuzgar a quel a quien fuesse inuida mas ho-
mes, ni mas cosas de quanto dixere, & c. &
l. 47. tit. 18. eadem p. 3. facit text. in l. qui-
cunque C. de executorib. & exacto. lib. 12. ibi,
hoc tantum potestatis arripiat, quod man-
datum curae suae specialiter approbetur,
& c.) facit illud Christi Domini, Ioan. 19.
c. Non haberes potestatem aduersum me
villam, nisi tibi datum esset desuper, & c.

Quia sententia cum stricti iuris fit (vt
inferius diximus) non extenditur de per-
sona ad personam, scilicet, de expressis in
ea, ad non expressas, eleganter Menoch.
conf. 110. à num. 20. Roman. conf. 403. à
num. 4. Alexan. conf. 208. lib. 6. num. 4. Rol-
land. à Valle conf. 34. num. 76. lib. 4. Cardi-
nal. Tusc. practicar. conclu. tom. 3. litera S.
concl. 126. num. 93. quod hic sit excessus,
quem diximus, de persona, ad personam,
post vtrobique Doctores tenent, Vanius
de nulli. sentent. ex defectu iuris ord. & c. sub
num. 93. latius prosequitur post alios per
eum citatos Auiles in c. i. prelo. gl. mandado,
& c. à num. 30. & seqq. Castellus à Bobadil.
in politi. lib. 2. cap. 21. num. 64. probantes infu-
per nullum esse, quidquid ita executot fe-
cerit, de quo nos latius hoc lib. 3. c. 3. à n. 10.
& per totum, & capitib. sequentibus, & quod
eo casu appellatio legitima sit suspensua,
non eget probatione, cum valida sit con-
sequentia, adest in executore, seu alio
etiam delegato excessus, ergo libet appel-
lare, ex his quae exactissime à nobis dicta
sunt, & congesta in d. cap. 3. à num. 15.
& capitibus etiam omnibus sequentibus,
quae regula, & ex ea deductum argumen-
tum, adeo constans est, & perpetuum; vt
gg 4 nullam

nullam vnquam ei quod meminerim (si mens mea me non fallit) fallentiam, ac limitationem potui reponere.

6 Et in specie quod ab hoc executorialium executoris excessu (de persona ad personam) appellationi emissa vt legitima, & tanquam suspensiu, sit omnino deferendum, probant expressè Alexan. cons. 92. n. 6. vers. nec indicta pronuntiat lib. 2. per quem referens etiam sequitur, idem affirmans Cardinal. Tusc. practicar. concl. tom. 1. litera A. concl. 4010. n. 5. videndus a. n. 2. dicentes, quod licet ab executor non appelletur, quando rationabilis iustaque causa specialiter exprimitur, ad-

7 mittenda erit vtiq; appellatio, causam legitimam dicentes inter alias, quando executor excedit de persona, ad personam. idem etiam probat Rebuf. in tract. de senten. executione. art. 7. gl. 12. n. 2. vers. potest tamen. & gl. 14. num. 9. fol. 373. & fol. 380. dicens, quod si quis comparat eorum executor se contra executionem opponens, quia cum sententia, & executoriales non tangunt, allegans legitimam aliquam exceptionem, si

8 executor illam oppositionem non admittat, tunc pars comparens poterit legitime appellare, quia limites commissionis in hoc excedit executor. Rebuffam referens sequitur Sigismund. Scacia in tract. de appella. q. 17. limi. 30. sub num. 34. ad medium, quibus rectè conuenit quod animaduertunt Angel. in l. si cum exceptione §. hec autem actio ff. de eo quod meius causa.

Et probant etiam hanc cõclusionem Cæsar Contar. in repeti. l. vni. C. si de momen. poss. q. 2. 4. tertius appellat. sub num. 1. & sub n. 5. vers. quibus tamen. & n. 6. vbi latè disputat, resoluit etiam Achil. Personal. in tract. de adipis. poss. sub num. 340. vers. bene autem & vers. vel & quoque. tom. 3. p. 2. fol. 269. dicentes, quod

9 in tantum tertius impedit executionem sententia, qua comprehensus non est, quod si executor, non obstante sua oppositione legitime interposita, pronuntiet, executionem nihilominus faciendam esse; postetrium legitime appellare ab hac reiectione, & non admissione, seu executione, quod bene procedat appellatio, quia hic adest excessus, probat Scacia de appella. q. 17. limi. 6. memb. 4. num. 55.

10 Pro quibus facit inuitabile fundamentum, nam tertius non potest comparere, nec impedire executionem, nisi opponens legitimam exceptionem simul, scilicet; ex aliqua ratione sibi non præiudicare sententiam, vt in discursu huius capituli apparebit; sed quando executor non admittit legitimam exceptionem, ab eodem etiam nominatim condemnato oppositam, euidenter

excedit, & licet à non admissione appellare (vt c. preced. dixi) ergo multo fortius in oppositionis reiectione tertij, quia concurrunt duæ causæ, reiecta exceptio legitima, & executio facta contra non comprehensum in executorialibus. Immol. in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 53. num. 21. Capius decisi. in causa Domini Comitum num. 17. vers. sed quoad casum nostrum, docentes; appellationi esse deferendum, quando sententia lata contra vnum vult exequi, executorialesque decernunt contra alium, quia tunc adest excessus, & iustum grauamen.

Hinc etiã est quod delegatus cognoscendo de expresso in commissione sua, velit citare non expressum, licita erit appellatio ab hoc citato non citando, tenet Scacia in tract. de appella. quæst. 17. limi. 47. num. 24. fol. 476. Gregor. Tholot. in tract. de appella. lib. 1. c. 11. sub num. 2. vers. quis vocetur. fol. 86. facit quod Guido Papæ in eodem tract. de appella. q. 49. sub num. 39. tom. 5. fol. 59. faciunt pro eis iura superius aægata.

Et insuper quod tertij comparentis appellatio impediatur, & suspendatur executionem sententia lata contra condemnatum; tenet Anto. de Butr. in c. veniens 38. num. 30. vers. oppono quod non impediatur. & Francif. de Areti. cola. 3. num. 15. de testi. Ab. in c. cum super 17. num. 5. in fi. de sententia & re iudi. Rebuf. in tract. de liter. oblig. art. 1. gl. 16. num. 11. tom. 1. fol. 78. Couar. in pract. quæst. 126. in fi. prin. & sub num. 1. Menoch. de adipis. poss. rem. 4. quæst. 100. num. 847. Cæsar Contar. in repet. l. vnica C. si de momen. poss. limi. 23. num. 17. Lancelo. Robertus de attent. 2. p. cap. 12. amplia. 14. num. 2. qui num. 4. & 5. dicit, vt appellatio tertij impediatur executionem, quia operatur effectum suspensiuum, & probari videtur in c. super eo de off. & potest. iudicis delegati.

Quod quidem procedit, etiam si contra 15 condemnatum lata essent tres sententia conformes, quia tertius legitime comparens allegando, sibi non præiudicare; impedit earum executionem ratione sui iuris, & interesse præseruari. tenet Rota decisi. 13. alias 441. nota vtrum lat. de sententia & re iudi. in antiq. Feli. in d. c. veniens. el. 2. num. 17. not. 3. de testibus & in c. cum super. 17. cola. penult. num. 18. vers. item nota. de sentent. & re iudi. Vantius in tract. de null. 131. quis poss. dic. de null. num. 19. vers. quiniimo fol. 376. Gabriel. conf. 28. quando num. 42. lib. 2. de communi opinione testatur Couar. in practi. quæstio. cap. 15. num. 9. vers. hinc apertissime. Rota Roma. decisi. 320. fuit. sub num. 1. p. 1. diuers. quia contra tertium non citatum exequi sententia non potest. Dueñas regula 277. limi. 4. Afini.

Afina. in praxi §. 3. 1. limi. 5. Craucta cons. 592. num. 12. Cartar. decisi. 55. num. 8. Costa de re integ. distinct. 9. 5. num. 15. Rota Genuens. decisi. 11. num. 2. Tiraquell. tract. res inter alios acta. Masull. ad Capic. decisi. 20. num. 5. Rota cons. 37. num. 4. Rolan. cons. 5. per 10. volu. 2. Couar. pract. cap. 16. num. 4. Marefcot. lib. 2. res. soln. 121. num. 2. & 5. Cauat. decisi. 5. num. 7. 15. p. 1. Menoch. de adipis. remed. 5. num. 142. Viui. decisi. 327. num. 2. & 3. Gaill. lib. 1. obser. 118. num. 1. Trentacinq. vari. resol. lib. 3. de empt. & vend. resolu. 10. sub n. 2. Monald. cons. 49. Honded. cons. 20. volu. 1. Marius Giurba latè decisi. 93. num. 3. vbi quo respectu tertij non citati sententia est nulla. & ideo debeat audiri ante executionem, siue actum fuerit actione reali, siue personali. post Bar. Ceualios commu. cont. commu. quæst. 820. num. 24. Ruginell. in tract. de appella. §. 2. cap. 1. num. 49.

16 loquendo in tertio, non citato, qui noluit comparere se opponens in processu, vt postmodum in executionem comparens, quia res iudicata sibi non præiudicat, vt impediatur executionem, vide infra num. 362. & docent Roma. cons. 69. viso quæstionis themate, in fi. Alexan. cons. 15. viso & considerato tom. 5. lib. 6. Boërius decisi. 79. breuiter num. 1. dicens, si comparens docet de iure & interesse suo, suaque legitima exceptione incontinenti, sequitur Scacia de appella. quæst. 17. limi. 6. memb. 4. num. 51. fol. 352.

17 Isti autem tertij oppositores executorialium executionibus multis de causis, ac rationibus comparent, docentes sibi non præiudicare sententias; aut quia à principio in causa (cum principaliter & deperse negotium tangit) non fuerunt citati. Siquidem ad eum actum, ex quo quis lædi potest, si non vocetur, nullum illi præiudicium affert res iudicata. text. est in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. nam ita Dinus. ff. de adoptionibus. lib. 2. & l. si. C. si per vim, vel alio modo. c. later quatuor, de maior. & obediens. c. cum ex literis. de integ. resti. Clemens pastoralis. de re iud. Hinc

18 est, vt res inter alios acta aliis non præiudicet, nec res iudicata obstat. text. in l. si. ff. de re iudi. l. 1. ff. de excep. rei iud. l. 2. §. iisdem ff. de accus. l. Modestianus. ff. de exceptionibus. l. 2. C. de fide instrum. rationem reddit Bal. in d. l. 2. per text. ibi num. 3. C. de fide instrum. & in l. inge-

20 num. ff. de statu homi. quoniam si is non fuit vocatus, non erat iudicio subiectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhaerens, vel instruens causam, & ideo non videtur ratificare causam, quoniam vigor pronuntiationis nascitur ex iudicio, in quo erat inclusus, sequitur Rebuf. in tract. res inter alios acta n. 4. vbi ex Alex. & Ab. aliam reddit, vt gesta ad suos authores restringantur.

Hinc est, vt vbi duo, aut plures ex eadem 23 causa pro portionibus ius habent, sententia aduersus vnum lata ceteris non præiudicat, veluti in duobus cohæredibus, & in duobus collegatariis, l. sepe ff. de re iud. text. in l. 1. & in l. si cum vno. ff. de exceptione rei iud. l. 2. C. de fide instrum. l. cum duobus C. de inofficio testam. notarunt Bal. in l. 2. C. quibus res iudic. non nocet. Ab. in c. quamuis colu. 6. de re iud. Alexan. in d. l. sepe num. 15. & clarius n. 26. & 58. Sigismund. Gofred. cons. 10. n. 4. Octaui. in decisi. Pedemon. decisi. 157. num. 16. & 17. Tiraq. de nobilitate c. 37. n. 7. & idem multò fortius, si duo haberent ius non ex eadem 24 causa, iuxta text. in l. si de certa. C. si propter publi. pensi. gl. in l. cum miles §. 1. ff. ex quibus causis maiores. Antoni. Peregr. in tract. de fidei commissis. art. 53. num. 4. rectam reddens rationem, quia vt obstat exceptio rei iudicata, tria necessariò requiruntur, identitas personarum, identitas causæ, & identitas rei, l. cum quæstus, §. si cum legibus sequentibus. ff. de exceptione rei iudic. & sententia contra vnum ex 26 sociis specialiter lata, non comprehendit alterum ex eisdem sociis. Corneus cons. 7. num. 8. fol. 66. volu. 1.

Hinc est, quod quando duo prætendunt 27 ius æquè principale, sententia pro vno, vel aduersus illum lata, non prodest, nec nocet alteri. Ill. in §. præiudiciales. instrum. de actio. num. 27. latè Orator. tract. de nobili. 2. p. 5. p. prin. cap. 8. num. 1. cum seqq. fol. 207. Couar. in pract. quæst. cap. 13. num. 5. & facit l. 19. tit. 2. 2. p. 3. Tiraquell. in tract. res inter alios acta. limi. 18. Ioan. Faber in d. §. præiudiciales num. 41. Petrus Surd. decisi. 289. num. 12. Mieres tract. de maiora. 2. p. quæst. 4. illatione 2. num. 3. in nouiori impressione, qui ex hoc num. 32. infert 28 ad communem, dicens, quod quando duo fratres litigant super nobilitate, & vnus pronuntiat plebeius, hæc sententia alteri fratri non nocet, nec econtra, pro quo citat l. ad probationem C. de probationi. & de hoc vide etiam latè, & optimè prosequetem Tiraq. in tract. de nobi. cap. 37. num. 7. qui post multos allegat ad id l. cum duobus C. de inofficio testam. iuncta l. Papina. §. si ex causa ff. eodem, ad hoc, quod vbi sententia facit ius quoad 29 alios, non nocet tamen habenti ius æquè principale, & an proferat sententia ceteris fratribus ex eodem patre, vide eundem ibi num. 14. post alios. & quod quando fratres duo litigant super nobilitate, & vnus pronuntiat plebeius, quod hæc sententia alteri fratri non nocet, cum prætendat ius æquè principale, nec econuerso, post alios probat Mieres de maiora. 2. p. quæst. 4. illatione 2. num. 10. & dicit communem praxim fundandam in l. ad probationem. C. de probn. quam

quam dicit egregiam, & ad propositum à nemine ponderatam. quemadmodum sententia lata contra plures, quæ valet contra presentes, & legitimè citatos, contra absentes autem, nec legitimè vocatos, nulla est, prout ita obrinuit in Rota dicit Mandof. ad Lapum allegatione 80. in verb. lib. 6. in causa Romana bonorum de Zambellariis coram Ordinario. Gratian. in disceptatio. foren. c. 162. num. 12. tom. 1.

32 Hinc etiam est, ut tertio possessori rei non citato, ad cuius restitutionem alius condemnatus est, rei iudicata non nocet, sed potest opponens de sua exceptione, & possessionis iure docere, & executorialium executionem impedire, ipsa siquidem aduersus illum, locum habere nullo modo potest. Rebut. in comment. ad leges Gallic. tit. 2. de liter. obliga. art. 2. gl. 1. num. 63. & 64. Neguzan. de pigno. 1. memb. p. 8. n. 10. & 11. Petrus Ducñas in reg. 279. num. 2. & 3. cum sequentibus. Marant. de ordine iudicio. 6. p. act. 3. princ. num. 32. & 33. Roderi. Xarez in repet. l. postrem. in declaratione l. reg. limi. 1. num. 1. 2. & 4. cum alijs sequentibus. Azbed. in l. si. tit. 21. lib. 4. recopil. 4. Gondizal. de Paz in praxi 4. p. 1. tom. cap. 1. num. 49. Parla. lib. 2. rerum quosi. c. si. 4. p. §. 5. num. 1. & 2. Felicianus de censibus lib. 3. cap. 4. num. 6. qui declarant, siue ius executiuum proueniat ab actione reali, & hypothecaria, siue ab actione personali, per text. in l. debitori. C. si aduersus creditorem per script. oppona. vbi B. & ex l. 1. §. si heres percepto fundo. ff. ad se. com. Treb. l. 1. & 2. C. quibus res indic. non nocet. l. nam postea. §. si. ff. de iur. iur. cum alijs ab eisdem citatis. Giurba decif. 93. num. 3. ad fi. & per l. à Dino Pio §. super rebus. & gl. ibi verb. controuersie. ff. de re iud. tenet Aloy. Ricci. in collect. decif. 1257. 4. p. dicens, quòd executio etiam trium conformium impeditur, si tertius de cuius interesse agitur, ratione suæ possessionis, non fuerit citatus super re, per sententiam alteri adiudicatam, tenet Rota decif. 13. de re iud. in antiq. & fuisse tentum in vna Burg. de Elin. 26. Nouemb. 1588. coram Orano, testatur Ricci. ibi, vbi etiam, quòd tertius solius possessionis ratione, poterit impedire executionem sententiæ late super re, alteri adiudicatæ, secus autem, quando ipse tertius rem non possidet, quia tunc nec est legitimus contradicor, nec executionem impedit. Bisignet. decif. 4. de iudi. & fuisse dictum in vna Bono. possessionis 10. Nouembr. 1596. coram Corduba testatur Ricci. vbi proxime d. collect. 1257. à prin. vbi per totam tractat de limitationibus, & magis nos in specie dicemus inferius. Et huic tertio possessori sufficit suam possessionem probare ad impediendam executionem, non

tamen tenetur titulo iustificare, vt post alios latius comprobat Giurba decif. 93. num. 3. & 4. Socin. conf. 158. colu. 6. Gozad. conf. 103. colu. 3. Roland. conf. 5. num. 15. lib. 2. Personalis, de adipiscenda. num. 340. Vincent. Carroc. in tract. de exceptio. exceptione 69. num. 30. & post alios diximus infra num. 87. & vide à num. 81.

Quòd quidem eleganter pertinet vt edito in iudicio instrumento emptionis & venditionis, donationis, aut promissionis, puta; alicuius fundi, vel speciei certæ, si iudex mandauerit statim possessionem ipsius, vel in eam mitti actorem cum clausula (saluo iure melioris possessoris) quòd quidem hoc casu rectè facere potest virtute clausularum guarèntigiarum, ipso tamen venditore seu promissore possidente eandem rem, etiam ipso non citato, iuxta ea quæ notat Paris de Puteo de syndi. §. iudex cap. 2. num. 36. Ill. in l. ne quidquam. §. vbi decretum. num. 7. ff. de off. proconsulis. Bal. in l. si. C. de edicto diui Adri. Bart. & ceteri in l. à dino Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & faciunt quæ nos latius diximus supra c. 5. à num. 27. vers. & ex hoc eleganter infert, & vbi multa in propositum congestimus, post alios. & de effectibus huius clausulæ iustificatiuæ (saluo, &c.) latissimè post plures Pelas à Mieres de maioratu. 3. p. q. 16. num. 40. fol. 74. in nouiori impressione. nos obiter 2. p. c. 15. n. 43.

Tamen alio extraneo, seu tertio non nominato, nec obligato in dicto instrumento possidente, possessio ita sine causæ cognitione data, nulla erit, sed debet comparari audiri, & missionem, seu executionem impedire. Bal. in l. ob mariorum C. ne uxor pro marito ad fi. & in l. obseruare. §. proficisci q. 24. ff. de off. proconsulis. Ill. in l. si. in prin. num. 3. C. de iure deliberan. Parlado. lib. 1. rerum quosi. cap. 10. à prin. faciunt l. meminim. C. unde vi. & B. post gl. in l. iuste possidet. ff. de acquir. poss. Ill. in l. inbere cauere. num. 5. ff. de iurisd. omnium iud. faciunt expressè in terminis ea omnia, quæ infra hoc capite diximus in 4. concl. per totam, quæ omnino hic applica. Mieres d. num. 49. aduertit insuper Parla. vbi proxime, vt iudex superior, ad quem per appellationem aut querelam ierit iste tertius possessor spoliatus; iniuste non agit si 39 possessorem vel summatum de sua possessione docentem, etiam aduersario non citato, statim in possessionem restituerit, secundum Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. quest. 10. ff. de pactis. Panormi. in c. quia clerici. num. 4. de iure patro. Paris de syndicatu. §. de captura. cap. 3. & latius Hippolytus conf. 37. num. 11. & singulari 195. quia quæ de facto fiunt, de facto, & sine causæ cogni-

tione

statur Caputaquens. decif. 4. appellatio non admittitur 1. p.

41 Quibus pertinet, quòd quando in aliqua causa prohibetur appellatio, non extendit prohibitio ad tertium non nominatum in sententia, & commissione, sed habet locum inter personas specificatas, docent B. in l. 1. §. interdum num. 4. ff. à quibus appella. non licet. Fran. Areti. in c. veniens 38. num. 15. Feli. ibi sub num. 5. de testi. idem Feli. in c. qualiter & quando. sub num. 13. de accusa. Philipp. Fran. in c. pastoralis num. 25. & sub num. 26. de appella. Marant. de ord. iudicio. 6. p. act. 2. princ. limi. 28. num. 339. fol. 508. Lancelo. de attent. 2. p. cap. 12. ampliatione 14. princ. num. 6. & 7. & limi. 8. num. 46. & 47. Brededor. in tract. de appella. p. 1. tit. 1. in verbo. Principes. colu. 27. sub litera B. Couarr. in pract. quest. cap. 15. num. 4. in fi. vers. quarto si addamus sim. & num. 5. Menoch. in tract. de adipif. poss. rem. 4. quest. 100. num. 847.

Quæ quidem omnia & eo fundamento fulciuntur, quia sententia est stricti iuris, & tantum disponit, quantum loquitur. Decius in l. ius nostrum. num. 1. de regul. iuris. Castren. conf. 188. num. 6. Gozadinus conf. 50. num. 12. Socin. iunior conf. 181. num. 67. lib. 2. Crauet. conf. 188. num. 6. Menoch. conf. 80. num. 39. Ioan. de Anan. conf. 18. visa sententia in prin. Capola conf. 57. nec vltra extenditur, quàm 48 importet verborum sonus. B. in l. Iulianus. num. 5. de conditione indeb. Alexan. conf. 108. num. 2. volu. 5. & ex Decio, vtroque Curtio, Ill. Ripa, & alijs probat Surd. decif. 2012. n. 13. nec ex ea plus probatur, quàm ex ea necessariò infertur. Alexander conf. 84. in causa num. 13. lib. 3. Ancara. conf. 437. ista sententia. in fi. nec aliud continere dicitur, quàm quod necessariò infertur ex ea. Alexan. conf. 123. 50 discussis num. 7. lib. 4. Decius conf. 248. de duobus colu. si Fulgos. conf. 140. presupponitur. colu. penul. vers. ad secundum. Decius in l. 1. ff. de off. eius. Castren. conf. 441. num. 5. in fi. lib. 2. vbi eleganter dicit, quòd cum condemnatione requiratur scripturam per sententiam, non expressa in ea non veniunt, quem sequitur Cardinal. Tus. practicar. conclu. tomo 7. litera S. concl. 126. num. 66. & additior. ad Castren. adducit plures concordantes.

Et hinc est, quòd quando contra plures conuentos, & citatos, cum quibus lis agitata est, à singulis aliquid petitur pro portione, si iudex contra aliquos pronuntiauit, & contra aliquos non, minimè intelliguntur non expressè nominati absoluti, nec etiam condemnati, sed omitti tantum, & ideo iterum poterit iudex pronuntiare super illorum causis, eos absoluedo, vel condemnando, interim autem sententia illis non officit,

41 Hinc etiam fluit, vt tertius non citatus potest appellare à sententia, seu decreto de immittendo heredem in possessionem bonorum, ex l. si. & eius executionem propterea impedire, vt probant Zuchar. in eadem l. si. C. de edicto diui Adri. num. 446. quem referens sequitur Menoch. tract. de adipif. poss. rem. 4. quest. 100. num. 845. vers. declaratur 1. fol. 55. & post eum Lancelo. de attent. 2. p. cap. 12. amplia. 14. sub num. 3. & 4. Cæf. Contar. in repet. l. vni. limi. 23. num. 1. C. si de momen. poss. fuerit. Achilles Perfo. in tract. de adipif. poss. num. 339. vers. vel & quoque tom. 3. p. 2. fol. 269.

42 Alia etiam ratione, & legitima exceptione, potest iste tertius comparere coram executore executorialiū, & impedire executionem earundem, quam contra se vult facere, nempe quia licet citatus fuisset ad causam, & negotium principale, & cum eo actum; tamen in sententia, cuius executoriales exequi mandantur; non fuit nominatus, nec de eo in sententia mentio fit, qua quidem de causa legitimè impedit executionem, quæ quidem contra eum locum non habet, nec

43 officit sententia. nam si non fit nominatus, omiffus intelligitur, & sic nondum condemnatus, ac ideo non procedit executio aduersus non nominatum in sententia, licet bene contra alios expressim condemnatos, & nominatos in ea, quòsque tenor scripturæ demonstrat, ita docent Bal. in conf. 149. in 3. volu. Bald. & Immo. in l. si bine ff. de iniusto rup. test. & Bal. in l. si pro te. in fi. C. de dotis promissione Alex. conf. 83. viso themate scripto. num. 11. colu. vlt. lib. 3. Ruin. conf. 209. num. 2. lib. 1. Bart. in l. 1. §. interdum. n. 4. ff. à quibus appellare non licet. Bal. in l. 1. num. 6. vers. & facit. ad fi. C. communia de legat. Alexan. in l. 1. §. si heres in prin. ad Trebellia. Gozadi. conf. 28. num. 27. colu. 4. in fi. vers. 13. renumiatio. Marant. de ord. iudicio. 6. p. act. 3. tit. de execut. sententia num. 32. Menoch. de adipif. poss. rem. 4. num. 848. Afin. in praxi iudi. §. 31. cap. 2. limi. 25. num. 3. Gratian. in disceptatio. foren. cap. 150. à prin. tom. 1. qui idem intelligunt in non nominato, vt nec passiuè, nec actiuè habeat locum executio sententiæ,

45 & quòd tertius non nominatus in sententia possit licet ab eius executione appellare, licet nominatis specialiter in ea appellatio prohibita sit quacunq; causa, probant Philipp. Franc. in c. pastoralis. 33. num. 26. de appella. Rebut. in tract. de literis obligato. art. 1. gl. 10. num. 1. & 11. fol. 77. & 78. Cæsar Contar. in repet. l. vnic. C. si de momen. poss. fuer. appella. limi. 23. num. 4. Rota Romana tenuit, vt te-